

Eidem D. Candido D. Parens salutem.

Recuperatis utcumq; viribus, Dei benignitate, et consilio nostro-
 rum mutato, chartas apologeticas pro Calvino, per cujus latus
 nostra Ecclesia nuper, ut scis novo telo petita sunt, nunc recolligo
 ut brevi Calvinum Orthodoxum Judaizanti oppositam, deo vo-
 lente, habeat Ecclesia. Invidiosum est argumentum, sed ego hac
 frabor. A fratribus Genevensibus aliquid speraveram, quibus et
 facilior erat, et magis conveniens talis apologia. Sed dum ex-
 pecto, D. Beza per D. Tossanum mihi significat, a me idem se
 expectare. Expedito igitur hoc modo, ad nostrum quoq; Neopyr-
 gium revertari, ut tandem me extricem. Tædet me tempus
 et laborem sic perdere et servire carissimalibus semestribus.
 His igitur semel tandem defungar, ut ad studia mea redire
 liceat. ** Vale Heidelbergæ 16. Septembris 1594.

Eximio Professore Theologiae in Academia Francke-
 rana, M. MARTINO Lydio

Salutem in Christo. Nactus hac tempore occasionem, Vir Re-
 verende, *ἀρταροδύζορ* Germanicam, aliquid de eo ar-
 gumento, quod movisti, continentem, tibi mitto. Vide an possis
 ea probare, quæ de causâ reprobationis et damnationis
παχιδῶς potius, quam *λεωλοπεπῶς* ad vulgi captum
 ex verbo Dei in eâ differuntur. Non impedio, quin, qui
 volunt, suo ingenio immensam divinarum judiciorum
 abyssum intra circulum consultationis Aristotelicæ revo-
 cent, statuanti, neminem sine sibi proposito media ad
 eum aliud ex alio vestigasse, et sic homines quosdam
 æternâ morte. prius damnare, quam eosdem condere de-
 crevisset. Summodò mihi sit integrum de prædestinationis

Divina consilio sic iudicare, prout id ipsum effectus et consequen-
tibus, verbo scripto et experientia hae usq; continuata manifesta-
tum habent. Quod quomodo intelligam, *ὡρα τὸ δειξέω*, quam
mitto, declarat. Religio mihi est sentire vel dicere, *θεοῦ μὴ*
ἰσχυροῦ hominum nullia, absolutam voluntate sua, nullo peccati aut pra-
vitatis coram respectu aeterno exitio destinasse: quia neq;
cum legis, neq; cum Evangelii doctrinam id convenire, video, ut
de scandalo gravissimo taceam, quo talia audientes, etiam pii
percelli possunt. Nostram sententiam quod attinet, sicut ab
electione Jacobi, sic a reprobatione Esavi Apostolum opera-
tam bona, quam mala excludere, putamus evidens esse. Rom.
cap. IX. ii. Nondum n. natis pueris etc. neq; de hoc controversa-
tur, sed de hoc potius. An reprobatio peccata reproborum
includat, ut non absolute Dei secreto, sed propter sua pecca-
ta exitio destinati recte dicantur. Ex equivocatione vocis
res pendet. *ἡ ἐκείνη* n. Dei praedestinatio, sicut ex massa
perditionis eos, quos voluit, elegit ad gratiam et ad glori-
am, sic alios, quos non elegit, reprobovit a gratia et glo-

Actus distincti
electionis et repro-
bationis

Actus *θεοῦ* non parum differentes causas. 1. Electionis actus
uterq; est positivus secretum et miserendi et salvandi.
Reprobationis prior est privativus gratia, secretum
miserendi: posterior positivus poena, secretum damnandi.
2. Electionis uterq; est misericordia: reprobationis
prior absoluti iuris, posterior legalis iustitia. 3. Electio-
nis uterq; *ἰσχυροῦ* merè in Dei consilio. Reprobatio-
nis prior *ἰσχυροῦ* merè, posterior non *ἰσχυροῦ*, sed
ὡρα τὸ δειξέω, causam supponens reproborum peccata, sine qua
Deus reprobare quidem, sed non quasi reos punire poterat.
Hinc quatuor genera reprobationis, seu gemina reprobatio
una discretiva, altera poenalis. Harum confusio parit
ἰσχυροῦ, dum prior posteriori, vel contra, supponitur.

Distinctio

Distinctio errare non finit. Nunc igitur, sicut damnationis causam constat esse peccata, sic decreti damnationis causam esse peccata, necessario statui. Neg. n. patandum est, Deum propter aliud reprobos damnare, propter aliud damnare, decrevisse: Justus siquidem iudex non aliam decernenda, aliam exequenda in adulteram capitalis sententia, sed eandem omnino causam habet, nempe flagitium ejus. Alioquin vel in decernendo vel in exequendo justus non esset. Neg. hic inter Deum et hominem iudicem interest. Tam divina enim, quam humana iustitia summa lex est. Anima, que peccaverit, morietur. Unde est evidens

Damnatio et decretum damnationis habent eandem causam, nempe Peccatum.

1. Deum neg. decernendo, neg. exequendo quemquam damnare, nisi propter peccatum.

2. Deum neminem in tempore adjudicare morti, nisi propter peccatum.

3. Deum reprobos ab eterno non adjudicasse morti, nisi propter peccata, propter que eos damnationi adjudicat in tempore: sic igitur effugium illud de decreti et executionis diversitate, parum solidum videtur. Est n. regula haud dubie verissima, in D. Zanichio etiam non semel tradita: Omnia que facit Deus in tempore, sic ab eterno ejus consilio definita fuisse:

Facit Deus impium ad diem malum: et ad mortem destinat. Recte: sed destinationis causam in impio invenit impietatem: Vasa ira adaptata sunt ad interitum. Ita est. Sed adaptationis causam in eis invenit Deus, quia erant vasa ira, hoc est, rei mortis et digni poena propter peccata: quomodo Augustinus: Deus, inquit, facit alios secundum meritum vasa ira, alios secundum gratiam vasa misericordiae. Alioquin quomodo decrevisset in puniendis illis iustitiam suam declarare: cum poena non infligatur iuste nisi peccati causa: et iustitia non infonset, sed fontes punire

jubeat? Non sequitur verò, si peccati causâ vasa inâ destina-
ta sunt interitui, omnes igitur interitui destinati oportuisse
cum omnes sint rei. Hanc n. destinationem naturæ ordine
processit gratuita electio, quæ à communi interitui causâ
electos exemit. Videtur tibi decretum non miserendi seu dese-
rendi, et decretum puniendi seu damnandi nihil differre:
non sint duo decreta, sed unum. Non sunt duo decreta, sed
unius decreti distincti actus, non in dei consilio, sed in nostrâ
apprehensione, et intelligentiâ differentes. Alioquin deservit
vel damnatio nihil differret, nec intererit mendicam elemo-
synâ non digneris, an etiam cadas: Vel quod magis convenit
causam Princeps veniâ donatam carcere liberet, an etiam
capite plectat. simile est, quod scribis aliquos colligere:
Si reprobatio sumpta pro decreto puniendi, causam proximam
habet peccatam reprobatorum, igitur eandem habere cau-
sam etiam reprobationem sumptam pro decreto non misere-
rendi: quia inseparabilia sint decretum non miserendi et
decretum puniendi, in eis unum et idem. Errant, quod
inseparabilia sunt in dei consilio, ideo unum et idem esse
putant, cum distinctos esse actus et distinctas causas habe-
re prius ostensum sit. Omnes quidem reprobos deus etiam
morti destinavit, sed reprobavit, quia voluit, morti des-
tinavit quia res invenit. Habeat Princeps tres pariter
reos carcere conclusos: unum ex gratiâ liberet, alterum
in custodia relinquat, tertium supplicio afficiat. In primo
gratuita electionis specimen, in altero decretum non misere-
rendi, in tertio decretum puniendi apparebit. Unde, quam
sint distincta, apparet. Authoritate Praeceptoris D. Sanchez
nihil premo. Quæ de ejs consensu scripsi, ad principia
suis doctrinæ

247
59
huius doctrinae referas velim. Urget sepe regulam, eodem
ordine ascendendo ab effectis ad causas, et à causis ad effecta
descendendo electionem et reprobationem considerari à nobis
posse, quod est pro nostra sententia. Expressè non semel
testatur, Deum sicut nunc reprobos non damnat nisi propter
peccata, ita non nisi propter peccata eos damnare decrevisse.
Hoc verò quid est, nisi Deum reprobos propter peccata poene
destinasse. Quod verò ordinem illum meum (ut scribis) natu-
ralem, in quod Deus statuerit hominem prius in imagine sua
creare, postea permittere tentari, superari et labi, tandem
ex lapsa perditionis massa alios eligere et gratia dignari in
Christo, alios relinquere etc. non evertat, sed tradat aperte
et confirmet: videre poteris Miscell. p. 226. et de natura dei
p. 595. Quod in reprobationem affirmativam et negativam
disputat p. 693. nihil me movent: quia cum principis prius
positis non satis conveniant. Satis apparet, quod in tracta-
tione posteriore ingenium suum superare voluerit. Verè
autem tibi confirmo, ea quae is. Martij anno 1571. publicè
dictata, et quidem haud paulò aliter, quam nunc extant,
excepi, in repetitione consueta, quam nosti, D. Masino non
satis probata fuisse: illud praesertim, quod affirmativam nega-
tivam anteponebat: quasi nimirum Deus hominem prius aeternam
morte punire, quam condere, permittere labi, et lapsum non
miserari decrevisset. Quod scribo, non ut Praeceptorem carnam,
sed ut Ecclesiam dissentientiam in hoc puncto Praeceptorum
commendem. Unitas enim fidei et charitatis inter eos semper
vixit arctissima, licet in scrupulis talibus idem non sentirent.
Quorum vestigiis et nobis huc incedendum esse arbitror. Quod
de non causa ut causa dicit, perpende an conveniat. Non de
causa decreti, sed de causa decreti puniendi est questio. Decreta

Dei ut secreta utiq; sunt acty liberrimi beneplaciti, ut vero
sunt acty declarande vel misericordie, vel justitie in Evan-
gio vel in lege. causas revelatas habent. Secretum vero pu-
niendi reprobos actum declarande justitie continet. Senten-
tia igitur legis. Anima, que peccaverit, morietur, non re-
pugnat, sed consentaneum est. De reprobationis ergo discre-
tiva secreto agnosco non causam: de reprobationis puni-
ve non item. Hujus enim proxima et directus causa habet
in secreto, quam in executione peccatum est. In Martyre
hoc solum invenio, reprobationem esse propositum Dei
non miserendi eorum, quos non dilexit, sed preterit: quo ipse
illorum condemnatione iram suam erga peccata et gloria
deklararet, et causam ejus proposit: non esse previsa pec-
ta, sed liberam Dei voluntatem. Quod veri hoc absolutam
reprobatorum destinationem ad exitum citra peccati respec-
tum? certe, quod sciam, nusquam hoc vult, vel sic loquitur
Deum reprobos exitio destinasse nullo peccatorum respectu
Calviny geminam reprobationis causam agnoscit: unam
Dei arbitrium, alteram propinquam, reprobatorum ingeniti-
nature vitiositatem: licet non hanc, sed illam solum in
reprobatione Esavi Deum attendisse dicat: quod de reprobati-
one discretiva haud dubie est verissimum. In reprobatio-
ne vero poenali vult nos semper cum ira Dei peccata
nostra conjungere. Nihil magis, inquit, preposterum
quam imaginari absolutam Dei potentiam, que eum
justitia sua spoliet; Ideo David simul ac sibi Deum infer-
rum concepit, convertitur ad sua peccata: quia statuit, non
esse tyrannum, qui injuste seviet: sed equum judicem, qui
nunquam irascitur, nisi offensus. Ergo ut ipsam Deo laudem
tribuanus, discamus exemplo Davidis ira ejus peccata nostra conjungere
Sua sane

Sua sane perspicua & verissima est sententia Calvini declaratio. de Ho 1594.
 Vides igitur Calvinum vitiositatem reproborum à causis decre-
 ti minimè excludere. Destinationem verò seu ordinationem re-
 proborum ad poenam improprie reprobationem dici arbitror.
 etsi nolim λογισμα Χειρ, modo de re constat. Sed longius pro-
 ceerit sum, quam volui. Neq; enim animus erat, tam multa
 de hoc argumento disputare, quod plus periculosa subtilita-
 tis videtur habere, quam adificationis. Sententia nostrarum
 Ecclesiarum clarè proposita est Admonitione Neustad. p.
 113. his verbis: Sepravant nostram doctrinam | Bergenses |
cum fingant nos docere, Deum sine respectu peccati, nudà
et absolutà suà voluntate et decreto aliquos ad damnatio-
nem ordinasse. Nos verò cum Apostolo docem; Deum in
 damnatione reproborum velle suam justitiam declarare:
non igitur damnationi quenquam addixisse, nisi propter pec-
catum, ac ne quidem peccatum velle, quatenus damnatio
est, sed quatenus justa poena. Non autem habet locum poena
 nisi ubi antecedit peccatum. Hæc non solig Ursini, sed et
 Zanchij et Tassani et aliorum Theologorum Salatinatus no-
 mine scripta et edita fuit confessio, omnium voce et calculis
 approbata. Faveant ergo ei, qui volent: certè turbare ne-
 minem potest, cum nitatur scripturae consensu, ac heo longe
 rectius, quam durior illa de absoluta damnationis decreto,
 assertio, justitia laudem vindicet: cavillij minus sit obnoxia:
 fortius verò etiam calumnias Adversariorum retundat.
 Abuti verò eà nonnullos, quid mirum? Cum nihil sit tam
 rectè dictum in ipsa scripturâ sacrâ, quod non queat et
 soleat sepravari. Male illi ordinationem reproborum

ad poenam et reprobationem ipsam confundunt, quas certum
est multum differre, etsi in uno Dei concreto concurrant.
Malè igitur etiam colligunt tamen illis quam huius causam
peccatum fore, si stet nostra sententia. De hominum
assensu vel auctoritate non labora, dummodo scriptura sa-
cræ consensu adfit nec disputa de Patrum sententia. Veror-
tamen, ut ex Augustino et Fulgentio, qui præcipue argu-
mentum prædestinationis tractarunt, absolutum illud de-
minationis decretum optundere possis. Hi enim, nisi vehe-
menter fallor, de hoc solam disputant et adversus Pelagianos
nos argent, electionem et reprobationem non operibus præ-
stitis, bonis vel malis, sed verâ Dei electione fieri. Electio-
nem autem et reprobationem decretum Dei miserendi, et
non miserendi intelligunt. Augustinus vero expressè dicit
Deum alios secundum meritum facere. vasa iræ, alios secun-
dum gratiam vasa misericordie, ut supra. Quid vero vobis
tandem cum reprobis? Parè de his spiritus sancti disputant,
fusiùs verò de prædestinatione sanctorum. Hæc enim
solatio omnis atq; salutis fons est. De hæc proinde non Patres
solam prolixè multa, sed et Martyr et Musculus de eâ solam
se agere scribunt, et contentiones de reprobatione fugiendas
moneant. Facessat igitur à nobis etiam hæc disceptatio: non
quod taceri omnino velim sed quia orthodoxarum Cæs-
arum præses et prætor et prætoribus et prætoribus prætoribus
et prætoribus prætoribus convenire arbitror. Hæc prætoribus
prætoribus, inquit apostolus. Hæc, Clarissime Domine. Lydi-
pro meâ in te observantiâ respondere nunc volui: ci-
tius enim per occasiones et occupationes non potui.
quæ si ad exactissimum iudicium non omnia congruant,
candidè.

329
candide nihilominus accipies, praesertim cum responderi
tibi amanter petiveris. Multa consulto preteris, quia hos
labyrinthos non libenter ingredior, nec mihi de clarissimo-
rum virorum rationibus iudicium sumo, et vel hic ma-
ximè currendum esse arbitror, ut ne extra oleas. De no-
stris rebus prolixè vos edocebit Dominus Kenneberg, cui
Academia nostra nuper publicam professionem Hebrae
linguae commisit. Feliciter vale et me, quod facis, ama-
tuorum certè in me meritorum memoriam nunquam
depono, teq; observo et veneror Praeceptorem modis omni-
bus charissimum. Deus te cum familia servet Ecclesia
incolumem quam diutissimè, ac tuis laboribus cumulate
benedicat. Saluta ex me fratres, cum primis D. Librandum
et M. Lockium. Heidelbergae ib. Augusti 1594

261/
Nobili et Magnifico Viro Dno Gregorio Trubelio fodina-
rum Scepusianarum Curatori; Domino suo perpetua
observantia colendo salutem.
Discedentem ex Academia nostra, mihiq; valedicentem Grego-
rium filium tuum cum Petro Wilhelmo Praeceptore, Vir No-
bilissima, non potui alio quam invidiosas officio prosequi, et
bene precari, ut saluus saluos parentes conspectu suo exhibe-
ret, et quando deinceps ei ex schola umbra in lucem Reipubli-
cae prodeundum erit, paternae prudentiae iuxta et pietatis vesti-
gia sectatus, salutare organum dei semper existat. Vixit hoc
biennium in Academia ferè semper in conspectu meo, sub eodem
tecto, iisdemq; parietibus collegii nostri, etiam conversatione
familiari cum domesticis meis. Iste locus ei ad modestiam
ac sedulitatem non parum forte profuit: liberalis ingeniiq;
adolescentis cum paulo officio fungi mihi semper visus est,
studiorum progressus etsi exploratos non habeam, tamen quae